dona mihi indutias ut uadam ad parentes meos.
Respondit praefectus & dixit ei. In qua prouintia
habes parentes. Respondit beatus basilidis. &
dixit ei. In prouintia italia in ciuitate quae appel
latur aurelia. Respondit praefectus & dixit ei.
In prouintia ipsa audiui de multis dicere. quod
aurelianus multa scelera operatus ē de xpianis.
sed ne forte te dicant discipulum esse xpi. & faci
ant te perire. Respondit beatus basilidis. & di (lapidib.)
xit ei. Ego ad parentes meos uado. & iterum
dicit ei praefectus. quanto tempore moram
facturus es. Respondit ei beatus basilidis. an
num unum. & iterum dixit ei praefectus.
Annum unum petisti. concedo tibi & alium.
uade cum gaudio. & reuersus est beatus basi
lidis ad dnm ihm xpm. & dixit ei. Dne magnas
indutias petiui a praefecto. ut ad parentes meos
uadam. & concessit mihi annos duos. Dne meus
ihu xpe. dona mihi unum de discipulis tuis. ut me
ducat in ciuitatem aurelian. & uideam paren
tes meos. Respondit dns & dixit ei. uade tol
le tibi unum de fratribus tuis & uade & uide pa
rentes tuos. ut & illos facias mecum uenire in
ciuitate sca hierusalem. Respondens ad eos ie
sus xps dixit. Non quaero a uobis aurum neq;
argentum. sed repromitto uobis uitam aeternā.
Responderunt ei sci martyres. basilidis. tripodis.
& mandalis. amen. & uenerunt ante dnm & dixe
runt. hoc nobis promittet dns coronam uitae
aeternae. ego sum uobis omnia daturus. ite cum gau
dio. ecce & ego uobiscum sum. usq; ad consumma
tionem saeculi. Tunc dixit beatus basilidis. De au
ro & argento nro quid sumus facturi. & dixit
ad eos dns ihs xps. uendite omnia uestra & date
pauperibus. & fecerunt. sicut praeceperat eis
dns. & uendiderunt omnia sua. Tunc beatus ba
silidis dixit. Dne ihu xpe. omnia fecimus. Et di
xit ad eos dns ihs xps. Ite in prouintia quae appel
latur aurelia. & omnia quae dixero uobis facite.

Adulteria emendate. & qui malum pro malo red
dere uoluerit. non eos dimittatis. quia ego nolo
mortem peccatoris. sed ut conuertatur & uiuat.
& omnia opera bona fauete & facite. & ego uobis
cum sum. Tunc beatus basilidis respondit ei dicens.
Nescimus ubi est. & mare quomodo transituri simus.
& dixit ei dns ihs xps. Descendite uos ad litus maris.
& ibi me inuenietis. & ego uobis parabo nauiculam
paruam. quae uos in prouinciam ipsam deducat.
& neq; duas tunicas habeatis. neq; duplex uestimentū.
neq; panem in sarcinis uestris. ego uobis omnia parabo.
Uenientes autem ad litus maris. inuenerunt naui
culam. ubi ipse dns ihs xps erat gubernator. & cum
inuenissent eum. miserunt se ad pedes eius & oscula
ti sunt eum. & ipse porrigebat eis manus. Uidens
autem beatus basilidis. dixit ei. In quam prouintiā
ambulatis. Respondit ei dns ihs xps & dixit. Nos
in urbe romā. In ciuitate quae uocatur aurelia milia
rio octauo. Et dixit ei beatus basilidis. Iube nos in
poni in nauem tuam. quia illuc festinamus. Re
spondit ei dns ihs xps. & dixit ei. quo uultis ire.
aurelianus multa mala operatus est de xpianis. Re
sponderunt ei beatus basilidis. tripodis & mandalis.
nihil cum eo habemus. sed modicum negotium ha
bemus quod uendere. Respondit ei dns ihs xps &
dixit eis. Date mihi naulum & sedete in naui mea.
Respondit ei beatus basilidis. Nos non habemus un
de uobis dare aurum neq; argentum neq; pecuniam
neq; panem in sarcina. quibus respondit dns ihs
xps. Uos serui estis xpi & discipuli eius. Respon
dit beatus basilidis. Nos serui sumus non discipuli.
& dixit ei dns ihs xps. si serui estis dni ihu xpi. ascen
dite in nauem meam. & ascenderunt in nauem.
Et dixit dns ihs xps beato basilidi. sede hic iuxta me.
& interrogabo te si seruus es ihu xpi. Dic nobis
quae opera operatus est xps. Respondit ei bea
tus basilidis. De aqua uinum fecit. caecos inlumi
nauit. leprosos mundauit. & mortuos suscitauit.
Et dixit ei dns ihs xps. Iudei quae dicunt de eo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0207